



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

46. Tribus rebus offendit, iisdemq[ue] placat Magdalena.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

SYMBOLUM 46.

Tribus rebus offendit, iisdemquè Christum placat Maria Magdalena, scilicet osculis, oculis, capillis.

Oscula dat, fundit lacrymas, funditque capillos,
Sub pede flens agni ceu lupa capta jacet.
Ipsa capillorum laqueo se vinxerat; Agnum
Victorem vincit Magdala victa suum.

(a) Funiculis Adam traxit tribus Agnus amantem,
Redditur & Trino victima grata Deo.

(a) *Funiculis Adam, id est charitatis.*

N. Maria etiam tertio adhibuit unguenta circa corpus Jesu. vid. Luc. 7. Joan. 12. & Marc. 16. ideoquè Sacerdos etiam circum-ducit incensum in oblatione Sacrif. Missæ ex Inn. 3. lib. 11. myst. missæ cap. 57.

SYMBOLUM 47.

Tres Christi Indices. Caiphas, Herodes, Pilatus.

Rex ter adorandus, cælo terrâquè tremendus,
Ad triplicis rapitur Judicis ora reus.
Agnelli sitiunt, tygresquè lupiquè cruorem,
Mille polis cujus gutta vel una valet.
Infringunt alapas, sannas rex impius infert,
Pilatus spinas, dira flagella, necem.

SYMBOLUM 48.

Ter Christum Pilatus defendit. Luc. 23.

Pontius infontem ne perderet hostis J-E-S-U-M,
Patronum, Judex ter miseratus, agit:

Baccha-